



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Alia Formula Dispensationis auctoritate Ordinariae pro illegitimo ad
Ordines Minores, & beneficium simplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

re insignivimus, clericali que militiæ, ac Ecclesiæ S. N. adscripsimus. In quorum fidem præsentem litteras nostro igno sigilloque munitas ei concessimus. Datum, Bracharæ Augustæ &c.

FORMULA XVIII.

Litterarum testimonialium collationis primæ Tonsuræ pro bastardo, cum dispensatione ad minores ordines, & beneficium simplex obtinendum.

D. Rodericus, &c. Universis, & singulis præsentem nostras litteras inspecturis, lecturis, pariter & audientibus, salutem in Domino sempiternam Notum facimus, & attestamus, quod nos die sabbathi quatuor temporum die... Mens... in Ecclesia nostra Metropolitana sacros Ordines celebrantes dilectum nostrum N. scholarem hujus nostræ diocesis ad hoc repertum idoneum intra Missarum solemniam characterem clericalem insignivimus ac primam clericalem Tonsuram illi contulimus: & cum eodem super defectu natalium quem patitur, de Presbytero genito, & soluta, ut ad minores Ordines promoveri, & beneficium Ecclesiasticum, cui cura non imminet animarum, si sibi canonicè conferatur, recipere & retinere liberè & licitè possit, hujusmodi defectu non obstante, auctoritate nostra Ordinaria dispensavimus, & per præsentem dispensavimus, & per testimonium &c. Dat. &c.

Episcopus cum illegitimis ad Ordines & beneficia quando possit dispensare sup. Alleg. 45.

ALIA FORMULA

Dispensationis auctoritate Ordinaria pro illegitimo ad Ordines Minores, & beneficium simplex.

D. Rodericus, &c. dilecto nobis in **CHRISTO** N. filio naturali N. & N. incolarum oppidi N. hujus nostræ diocesis, Salutem in Domino. Laudabilia tuæ puerilis ætatis indicia, ex quibus verisimiliter concipitur, quod in futurum te debes producere in virum probum, & quod incontinentiæ paternæ imitator non eris, nos inducunt ut tibi favorabiliter concedamus, quæ tuis commoditatibus fore conspiciamus opportuna. Propterea tecum, qui (sicut accepimus) defectum natalium ex soluto, & soluta genitus pateris, ut eo non obstante prima clericali Tonsura insigniri, & ad quatuor minores Ordines ritè & rectè promoveri facere, ac unum tantum beneficium Ecclesiasticum sine cura, ad quod te pro tempore præsentari, & in illo institui, seu de illo tibi provideri Canonicè contigerit, recipere, & obtinere, seu illius loco pensionem Ecclesiasticam tibi alias Canonicè reservandam, percipere, exigere, levare, ac in tuos usus, & utilitatem convertere liberè, & licitè possis & valeas, auctoritate nostra ordinaria, vel ut meliùs de jure possumus, dispensamus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

In quorum fidem præsentem litteras nostris nomine & sigillo munitas, per infrascriptum Secretarium nostrum referendatas tibi jussimus concedendas, & concessimus. Datum, &c.

C 2

FOR-